

## 2012 NJCL Latin Prose Reading Comprehension Test

Passage 1—Cicerō, in persōnā senis, Clōdiam interrogat

sed primum ā Clodiā ipsā petam utrum mālit mē sēcum graviter loquī an lēniter. sī māvult illum pristinum mōrem ac modum, aliquis mihi ab īferīs vocandus est ex illīs virīs barbātīs, nōn barbulā quae istam oblectat sed illā horridā barbā quam in statuīs antīquīs vidēmus. itaque aliquis veniat ex familiā Clodiae. fortasse Caecus ille? minimum enim dolōrem capiet quod istam nōn vidēbit. quī certē, sī vēnerit, sīc aget ac sīc loquētur: “mulier, quid facis cum Caeliō? quid cum adulēscēte? quid cum aliēnō? cūr aut tam amīca fuistī ut eī aurum darēs, aut tam mala ut timēres nē tē interficeret? nōn patrem tuum vīderās, nōn avum audīverās cōsulēs fuisse?”

“nōnne sciēbās tē nūpsisse Quīntō Metellō, virō magnae virtūtis quī, simul ac pedem ex līmine extulerat, omnēs cīvēs glōriā et dignitāte praestābat? cum ex mīrābilissimō genere in familiam clārissimam nūpsissēs, cūr tibi Caelius tam amīcus fuit? quid igitur fuit nisi quaedam cupīdō?”

1. Cicerō intellegere desiderat . . .
 

A. utrum Clodia sit gravis	C. quomodō Clodiam adloquātur
B. quandō Clodia primum loquatur	D. cūr amīcus ipse Clodiae sit
2. quem Cicerō arcesset, sī Clodia dēsīderāverit ut Cicerō modō gravī utātur?
 

A. filium eius	C. Metellum
B. senem	D. adulēscēntulum quendam
3. quālem virum Cicerō hīc dēsīcībībit?
 

A. īnfēlicem	C. servum
B. amīcum	D. mortuum
4. quālis vir Clodiam māgis delectat?
 

A. iuvenis	C. dīvēs
B. cognātus	D. athlēticus
5. quālēs barbae in statuīs antīquīs invenīrī possunt?
 

A. exiguae	C. horridae
B. russātae	D. bene tōnsae
6. postrēmō quem Cicerō arcessit?
 

A. Caelium	C. cōsulem suffectum
B. Clodiam ipsam	D. avum Clodiae
7. Cicerō Caecum ēlegit quod . . .
 

A. multa vītia Clodiae eī nōn videnda erunt	C. barbam nōn habet
B. senex prope Cicerōnem sedet	D. Clodiam lēniter adloquī vult
8. quomodō hic vir Clodiam adloquitur?
 

A. magnā difficultāte	C. flēbiliter
B. acerbē	D. cum gaudiō
9. Caecus invenīre vult . . .
 

A. Clodia ā quō aurum accēperit	C. quomodō Clodia morī malit
B. quis pater eius sit	D. cūr Clodia cum Caeliō versētur
10. quis est Caelius?
 

A. marītus Clodiae	C. adulēscēns
B. mercātor	D. senātor Rōmānus
11. secundam Cicerōnem, Clodia verētur . . .
 

A. ut satis aurī habeat	C. nē mala cōsumpserit
B. nē Caelius sē interficiat	D. ut pater iam vīvat
12. quālēs virī sunt avī Clodiae?
 

A. turpēs	C. pauperēs
B. praeclārī	D. fōrmōsī
13. quis est Quīntus Metellus?
 

A. marītus Clodiae	C. adstāns quīdam
B. iudex	D. sacerdos
14. quem Metellus glōriā dignitāte superat?
 

A. nēminem	C. omnēs
B. paucōs	D. tantum fratrum suum
15. Cicerō putat rem Clodiae esse . . .
 

A. incrēdibilem	C. sine dubiētāte
B. magnae lēvitātis	D. fortunātam

Passage 2—dē magistrīs bonīs inveniendīs

C. Plīnius Mauricō suō s.p.d.

quid ā tē mihi iūcundius potuit iniungī, quam ut praeceptōrem frātris tuī liberīs quaerem? Nam beneficiō tuō in scholam redeō et illam dulcissimam aetātem quasi resūmō. sedeō inter iuvenēs, ut solēbam, atque etiam experior, quantum apud illōs auctōritātis ex studiīs habeam. Nam proximē frequentī auditoriō inter sē cōram multīs ōrdinis nostrī clāre loquēbantur: intrāvī, conticuērunt, quod nōn referrem, nisi ad illōrum magis laudem quam ad meam pertinēret, ac nisi spērāre tē vellem posse frātris tuī filiōs probē discere. quod superest, cum omnēs qui profitentur audierō, quid dē quōque sentiam scrībam efficiamque, quantum tamen epistulā cōsequī poterō, ut ipse omnēs audisse videāris. debeō enim tibi, dēbeō memoriae frātris tuī hanc fidem, hoc studium, praesertim super tantā rē. nam quid magis interest vestrā quam ut liberī (dīcerem tuī, nisi nunc illōs magis amārēs) dignī illō patre, te patruō reperiantur? quam cūram mihi, etiam sī nōn mandāssēs vindicāssēm. nec ignōrō suscipiendās offēnsās in eligendō praeceptōre; sed oportet me nōn modō offēnsās, vērū etiam simultātēs prō frātris tuī filiīs tam aequō animō subīre quam parentēs prō suīs. valē.

16. cū Plīnius hanc epistulam scrībit?  
A. Caiō                                      B. filiō suō                                      C. amīcō suō                                      D. fratrī Mauricī
17. cūr Plīnius hanc epistulam scrībit?  
A. quod ā Mauricō coāctus est                                      C. nē Mauricus irātus fiat  
B. ut Mauricum certiōrem faciat                                      D. quod sē magistrī quaerendī taedet
18. quid Mauricus ā Plīniō petit?  
A. beneficium                                      B. honōrēs                                      C. pecūniam                                      D. commendātiōnem
19. pro liberīs cuius Plīnius opus Mauricī sūmpsit?  
A. prō liberīs suīs                                      B. prō liberīs Mauricī                                      C. prō liberīs frātris Mauricī                                      D. prō Mauricō
20. quid fēcit Plīnius ut beneficium perficiat?  
A. ad scholam revēnit                                      B. amīcōs rogāvit                                      C. magister factus est                                      D. per viās vagatur
21. quomodō Plīnius diēs scholae memorat?  
A. sine sententiā                                      B. tristiter                                      C. amanter                                      D. cum paenitentiā
22. quid olim faciēbant discipulī ut Plīnius auditōrium quoddam intrāvit?  
A. Homerum legēbant                                      B. iocōs faciēbant                                      C. cēnābant                                      D. ōratiōnem habuērunt
23. cūr hoc īsolitum Plīniō vidēbātur?  
A. quod filiī suī aderant                                      B. rhētor loquēbātur                                      C. vehementer pluēbat                                      D. quod senātōrēs aderant
24. quid, postquam Plīnius intrāvit, fēcērunt iuvenēs?  
A. inter sē collōquī dēsivērunt                                      C. multa Plīnium rogāre coepērunt  
B. discessērunt                                      D. plausērunt
25. cūr Plīnius hunc eventum mīrābilem memorat?  
A. quod dē probitāte hōrum iuvenum narrāre vult                                      C. quod irātus erat  
B. ut sē laudet                                      D. nē iuvenēs puniantur
26. quid, per sē, Plīnius facit ut praeceptōrem optimum inveniāt?  
A. praeceptōrēs quam plūrimōs visitat                                      C. advocātum perītum condūxit  
B. discipulōs rogat                                      D. ipse virum docet
27. quem ad finem Plīnius hās rēs dēscrībit?  
A. quod Mauricus est incertus utrum Plīnius dīligenter labōret  
B. nē Mauricus irātior fiat  
C. quod dē artibus suīs Plīnius humilis est  
D. ut Mauricus sciat quam dīligenter Plīnius quaerat
28. quam sententiā dē hōc opere suō habet Plīnius?  
A. est opus facile                                      B. est opus insolitum                                      C. est opus gravissimum                                      D. est opus finītum
29. quā sententiā, ex Plīniō, liberōs frātris habet Mauricus?  
A. eōs suspectōs habet                                      C. eōs timet  
B. magis eōs amat quam sī suōs                                      D. invītus eōs curat

30. quid, secundum Plīnium, Mauricī rectē interest?  
 A. magistrum optimum reperire  
 B. iuvenēs pūnīre  
 C. satis pecūniae Plīniō pendēre  
 D. ad Plīnium saepe scrībere
31. quid autem dē beneficiō petitō dīcit Plīnius?  
 A. libenter beneficium accēpisset, etiam sī nōn rogātus esset  
 B. invitus beneficium difficile accēpit  
 C. plānē insolitum est  
 D. timet id numquam perfectūrus esse
32. quid quoque Plīniō alicuī curae est?  
 A. sē praeceptōrem coram vidēre  
 B. omnēs rhetorēs malōs esse  
 C. sē praeceptōrēs nōn offendere  
 D. sē invītum Mauricum offendere
33. quid igitur Plinius facit nē quis offendātur?  
 A. praeceptōrēs tantum optimōs quaerit  
 B. aequō animō pergit  
 C. complūrēs parentēs rogat  
 D. rhetorēs mollēs vitat
34. quid aliud Plīniō in hōc opere ferendum est?  
 A. simultās  
 B. lenitās  
 C. dūbium  
 D. mandāta parentum
35. quae rātiō nōn est Plīnium hoc opus accipere?  
 A. quod tibi valdē placet  
 B. quod iuvenēs merent  
 C. quod maximē Mauricī interest  
 D. quod Mauricus pecūniam obtūlit

Passage 3 -- dē Vitellī imperiō

tālibus principiīs magnam imperiī partem nōn nisi cōnsiliō et arbitriō vilissimī cuiusque histriōnum et aurīgārū administrāvit, et maximē Asiaticī libertī. hunc adulēscēntulum mutuā libīdine constuprātum, mox taediō profugum. cum Puteolīs poscam vendentem reprehendisset, conīēcit in compedēs statimque solvit et rursus in dēliciīs habuit; iterum deinde, ob nimiam contumāciam et furācitātem gravātus, circumforānō lanistae vendidit dilātumque ad finem muneris repentē subripuit, et, provinciā demum acceptā, manumīsīt. ac prīmō imperiī diē, aureīs dōnāvit anulīs super cēnam, cum mane, rogantibus prō eō cunctīs, detestātus esset severissimē talem equestris ordinis maculam.

36. dē cuius principātū haec fābula nārrātur?  
 A. Galbae  
 B. Vitellī  
 C. Othōnis  
 D. Vespasiānī
37. cuius cōnsiliō per prīncipātum nōn utēbātur prīnceps?  
 A. senātōrum  
 B. actōrum  
 C. gladiātōrum  
 D. libertī
38. quis est Asiaticus?  
 A. iuvenis  
 B. filius prīncipis  
 C. amīcus prīncipis  
 D. arbiter prīncipis elegantiae
39. delectābatne prīncipem Asiaticus?  
 A. paulō  
 B. haudquaquam  
 C. vix  
 D. valdē
40. Asiaticus ē prīncipe fūgit quod . . .  
 A. prīnceps sē paene necāvit  
 B. quod sē prīncipis taedēbat  
 C. prīnceps sē nimium cōnstuprāvit  
 D. cupiēbat pater fierī
41. quō Asiaticus fūgit?  
 A. domum  
 B. Rōmam  
 C. ad prīncipis mātrem  
 D. Puteolōs
42. quid Asiaticus apud Puteolōs faciēbat?  
 A. amīcōs visitābat  
 B. potiōnēs vendēbat  
 C. patrem quaerēbat  
 D. in carcere manēbat
43. quid prīnceps, Asiaticō inventō, primū fēcit?  
 A. Asiaticum in vinculis conīēcit  
 B. diem nātālem celebrāvit  
 C. Asiaticum flāgitāvit  
 D. praemium Asiaticō dedit
44. quid prīnceps deinde fēcit?  
 A. Asiaticum liberāvit  
 B. Rōmam nāvīgāvit  
 C. obdormīvit  
 D. Asiaticum pūnīvit
45. prīnceps Asiaticum lanistae vēndidit quod . . .  
 A. sē Asiaticī taeduit  
 B. adulēscēns īsolēns erat  
 C. adulēscēntulus libertātum dēdīderābat  
 D. Asiaticus iterum fūgit

46. quid p̄nceps ad finem muneris f̄cit?  
 A. obdorm̄vit  
 B. Asiaticum ad sē v̄cāvit et in d̄lic̄is habuit  
 C. Asiaticum in vinculis iterum con̄icit  
 D. Asiaticum servāvit et l̄berāvit
47. quālēs anulōs p̄nceps Asiaticō dedit?  
 A. argenteōs  
 B. antiquōs  
 C. pretiōsōs  
 D. suōs
48. quāndō p̄nceps anulōs Asiaticō dedit?  
 A. mane  
 B. m̄ltōs abhinc annōs  
 C. diē suī mortis  
 D. dum c̄nant
49. p̄nceps anulōs Asiaticō dare n̄luit . . .  
 A. nē ordō equestris v̄lior habeātur  
 B. quod omnēs postulābant  
 C. am̄c̄is praesentibus  
 D. ut Asiaticum pun̄ret
50. quomodō r̄lātiō inter p̄ncipem et Asiaticūm d̄scribatur?  
 A. “forsan et haec olim meminisse iuvābit”  
 B. “odī et amo”  
 C. “oderint dum metuant  
 D. “ō tempora! ō m̄rēs!”